Mercurius scire uolens, quanti apud homines esset, iuit in statuarij, transformatus in hominem. & uisa statua louis rogabat, quanti quis ipsam emere posset? Hic autem cum dixisset drachma, risit: & quanti Iunonis, ait. cum dixisset, pluris: uisa & sua ipsius statua, ac opinatus cum nuncius sit deorum, & lucrosus, maximam de se apud homines haberi rationē, rogauit de se. statuarius uerò ait, si hasce emeris, & hanc additamentum do.

Affabulatio.

Fabula in uirum gloriosum, qui nullius apud alios est precij.

Mercurius, & Tiresias.

91

Mercurius uolens Tiresia uaticiniū an ue-

ὅτι γινῶναι, κλέψας τὰς αὐτῷ βοῦς δὲ ἀγροικίας, ἦ κεν ὡς αὐτὸν εἰς ἄστυ ὁμοιωθεὶς ἀνθρώπων, καὶ παρ' αὐτοῦ κατήχηθη. τῆς δὲ τῶν βοῶν ἀπωλείας ἀγγελθείσης τοῦ τειρεσίας, ἐκείνου παραλαβῶν τὸν ἐρμῆν δὲ ἦλθον, οἰωνόν τινα ποδὶ τοῦ κλέπτου σκεψόμενον. καὶ τούτῳ παρῖνει φραζέμεν αὐτοῦ, ὃν τινα αὐτὸν τῶν ὀρνίθων θεωροῦσι. ὁ δ' ἐρμῆς τὸ μὲν πρῶτον θεασάμενος ἄετόν τι δὲ ἀριστοδωρῶν ἰδὲ τὰ διεξιάδι πηλομένον, ἔφρασε. τοῦ δὲ φήσαντος μὴ πρὸς αὐτὸν εἶναι ἄετόν τι, ἐκ δούτερου κορώνῳ εἶδεν ἐπὶ τινὸς δούρου καθημένῳ, καὶ ποτὲ μὲν ἄνω βλέπουσαν, ποτὲ δὲ πρὸς τὴν γῆν κατακύπτουσαν, καὶ τοῦ μάντι φραζέει. καὶ ὅς ἔποτυχῶν εἶπεν. ἀλλ' αὐτὴ γὰρ κορώνη δούρου τὸν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὡς ἐὰν σὺ θέλης, τὰς ἐμὰς ἀκλήψομαι βῆς.

Ἐπιμύθιον.

Τούτῳ τοῦ λόγου χρῆσασατο αὐτὸς πρὸς ἄνδρα κλέπτην.

Καὶ δὲ.

Εχωρ τὶς δύο κούρας, τὸν μὲν ἔτονον θηροδύειν ἐδίδιαξε, τὸν δὲ λοιπὸν οἰκοφυλακεῖν, καὶ διὰ εἶποτε ὁ θηροδύτικὸς ἤγροῦε τι, καὶ ὁ οἰκουρὸς συμμετέχων αὐτοῦ διδοίης. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ θηροδύτου, ἀκείνον ὀνειδίζοντος, εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν καὶ ἐκάστω μοχθεῖ, ἐκείνου δὲ μηδὲν πονῶν τῆς αὐτοῦ τρέφεται πόνοις. ἔπολαβῶν αὐτὸς εἶπε, μὴ ἐμὲ, ἀλλὰ τὸν διεπότην μέμφο, ὅς οὐ πονεῖ με ἐδίδιαξεν, ἀλλὰ πόνον ἀλλοτρίον ἐδίει.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τῶν νέων οἱ μηδὲν ὑπὸ αὐτοῦ
μυθοί

rum esset cognoscere, furatus ipsius boues ex rure, uenit ad ipsum in urbē, similis factus homini, & ad ipsum diuertit. Bouum autem amissione renunciata Tiresiæ, ille assumpto Mercurio exiuit, auguriū aliquod de fure consideraturus, & huic iubet dicere sibi, quam nā auim uiderit: Mercurius autem, primum uidisse aquilā à sinistris ad dexteram uolantē, dixit. Hic non ad se id attinere cum dixisset, secundò cornicē super arbore quadam sedentem uidit, & modò superius aspicientem, modò ad terram declinatam: & uati refert. Et is re cognita, ait, sed hæc cornix iurat & cœlum & terrā, si tu uelis, meas me recepturum boues.

Affabulatio.

Hoc sermone uti quispiam poterit aduersus uirum furacem.

Canes.

HAbens quidam duos canes, alterum uenari docuit, alterum domum seruare. Cæterum si quando uenaticus caperet aliquid, & domituus particeps unā cum eo erat cœnæ. ægre ferente autem uenatico, & illi obijciente, quòd ipse quotidie laboraret, ille nihil faciens suis nutriretur laboribus, respondens ipse, ait: non me, sed herum reprehende, qui non laborare me docuit, sed labores alienos comesse,

Affabulatio.

Fabula significat, adolescētes qui nihil sciunt,

μυνοι, οὐ μεμπτοὶ εἰσι, ὅταν αὐτῶν οἱ γονεῖς οὕτως ἀγᾶ-
γωσιμ.

Ἄνὴρ καὶ γυνή.

Εχωρ τις γυναικα, πρὸς αὐτὸν κατ' οἶκον ἅπαντας
ἀπεχθῶς ἔχουσαν, ἠβελήθη γινῶναι εἰ καὶ πρὸς
πατρώους οἰκίετας οὕτω διακείται. διὸ δὴ καὶ μετ'
δύλογον πρὸς τὸν αὐτῆς αὐτὴν ἀποπέλει
πατέρα. μετὰ δ' ὀλίγας ἡμέρας ἐπανελθόντις αὐτῆς,
ἐπιωθαίνουσαν πρὸς αὐτὸν ἐκείνῳ διεγχεῖτο. ἦ δὲ φαιμέ-
νης, ὡς οἱ βουκόλοι καὶ οἱ ποιμνῶν με ἵπεβλέποντο,
πρὸς αὐτὴν ἔφη· ἀλλ' ὦ γυναι, εἰ τούρις ἀπεχθαίνῃ, οἱ
ὄρθροι μὲν τὰς ποιμνας ἐξελαύνουσι, ὅψ' εἰ δὲ εἰσίσαι,
τί χρὴ πρὸς δὲ καὶ πρὸς τούτων, οἷς παῖσαν σιωδῆτρι-
βῶν τὴν ἡμέραν;

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω πολλοὶ ἐκ τῶν μίσηδων
τὰ μεγάλα, καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἡλῶν τὰ ἀδύνατα γνωρι-
ζέται.

Ἐριφύθη καὶ λύκος.

Εριφύθη ὑσδρήσασα ἦν ποιμνῆς, ὑπὸ λύκου κατὰ
δίωκετο. ὡς τὸν ἀφῆσα δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ὦ λύ-
κε, ἐπεὶ πέπεισμαι ὅτι σὸν βρομα γηήσομαι, ἵνα μὴ
ἀνδρῶς ἀρθαίω, ἀλλήσομαι πρῶτον ὅπως ἀρχήσωμαι. τὸ
δὲ λύκου ἀνδρῶντος, καὶ ἦν εἶπε ὄρθρου μῆνης, οἱ καὶ οὐδ'
ἀκούσαντες τὸν λύκον ἐδίωκον. ὁ δὲ ἀπεσραφεῖς τῆ ἐρι-
φύθησι, δικαίως ταῦτά μοι γίνεται. ἔδει γὰρ με μέ-
γιστον ὄντα, ἀνδρῶν μὴ μίμειδαι.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τῶν μὲν πρὸς αὐτὸν πεφύκασι
ἀμε-

haud esse reprehendendos, cum eos parentes sic educauerint.

Maritus & uxor.

HAbens quidam uxorem, quæ domesticis omnibus inimica erat, uoluit scire an etiã erga paternos domesticos ita afficeretur: quapropter cum rationabili prætextu ad suum ipsam misit patrem. Paucis uero post diebus ea re uersa, rogauit quomodo aduersus illos habuisset. Hæc uero cum dixisset, bubulci & pastores me suspectabant, ad eam ait: sed ô uxor, si eos odisti, qui mane greges agunt, serò autem redeunt, quid sperare oportet in ijs, quibus cum tota conuersaris die?

Affabulatio.

Fabula significat, sic sæpe ex paruis magna, & ex manifestis incerta cognosci.

Hœdus & lupo.

HOedus derelictus à grege persequente lupo, conuersus ad eum, dixit, ô lupe, quoniam credo me tuum cibum futurum, ne iniucunde moriar, cane tibia primum ut saltem. Lupo autem canente tibia, atq; hœdo saltante, canes cum audiuisent, lupum persecuti sunt. Hic conuersus hœdo inquit, merito hæc mihi fiunt. oportebat enim me cocus cum sim, tibi cinem non agere.

Affabulatio.

Fabula significat, quæ ea, quibus natura apti sunt,

ἀμελῶντες, τὰ δὲ ἐτόρωμ ὠπτησιδύειμ παρῶμλοιοι, δι
 συχίας ποδιπίησιμ.

Καρκῖνθ καὶ ἀλώπηξ.

Καρκῖνθ ἀπὸ τῆ θαλάσσης ἀναβάς, ἐπὶ τινθ γῆ
 μθρ τόπτε. ἀλώπηξ δὲ λιμῶθησε ὡς ἐθεάσατο,
 πρσελθῶσα ἀέλαβν αὐτόμ. ὁ δὲ μέλλωμ κρεταβιβρώ-
 σκεδαί, ἔφθ. ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα, ὅς θαλάτῃος
 ὄμ, χόρσαῖθ ἠδολύθλω γγῆδαί.

Ἐπιμύθιομ.

Ο μύθθ διηλοῖ, ὅπ καὶ τῶν ἀνδρώπωμ οἱ τὰ οἰκεία κῆ-
 παλιπόντες ὠπτησιδύματα, καὶ τοῖς μηδὲμ πρσίμθου
 σμ ὠπχειροῦτδθ, εἰότως διςυχῶσμ.

Κιθαρωδός.

Κιθαρωδός ἀφῆς γῆ οἴκω κενονιαμλῶ σωῖθῆως
 ἀδλωμ, καὶ ἀντηχῶσις αὐτῶ τῆ φωνῆς, ὠήθη σφό-
 δρα δύφωμθ εἶν. καὶ διη ἐπῆθεις ὠπτόττω, ἔγνω δειμ
 καὶ θεάτρω εἰαυτόμ ὠπδωῖαι. ἀθιμόμθθ δ' ὠπδῆ
 φαδαί, καὶ κῆ κῶς ἀδλωμ πάνν, λίθοις αὐτόμ ἔζῶσαν-
 τδθ ἀπέλασαν.

Ἐπιμύθιομ.

Ο μύθθ διηλοῖ, ὅπ ὄτω καὶ τῶν ῥητόρωμ γῆιοι γῆ ταῖς
 σχολαῖς δοθηῶντες εἶναί πινδθ, ὅταν ὠπ τὰς πολιτείας
 ἀθίκωνται, ὀδινός ἀξιοί εἰσμ.

Κλέπται.

Κλέπται εἰς τινα εἰσελθόντες οἰκίαν οὐδὲμ εὗρον,
 ὅπ μὴ ἀλεκτρυόνα. καὶ ῥῶσμ λαβόντδθ ἀπῆε-
 σαν. ὁ δὲ μέλλωμ ἴα αὐτῶμ θύεδαί, ἐδῆτο ὡς αὐ
 τὸμ ἀπολύσωσι, λέγωμ, χῆσιμθ εἶναί τοῖς ἀνδρώ-
 ποῖς, νυκτός αὐτῶ ὠπ τὰ ὄργα ἐγείρωμ, οἱ δὲ ἔφα-
 σαν,

sunt, negligunt, quæ uero aliorum sunt, exerce-
re conantur, in infortunia incidere.

Cancer & uulpes.

95

Cancer è mari cum ascēdisset, in loco quo-
dam pascebatur. Vulpes esuriens ut ui-
dit, accessit, ac eum rapuit. Ille deuorandus ait,
sed ego condigna patior, qui marinus cū sum,
terrestris esse uolui. Affabulatio.

Fabula significat homines, etiam qui proprijs
derelictis exercitijs, ea quæ nihil conueniunt
aggrediuntur, meritò infortunatos esse.

Citharædus.

96

Citharædus rudis in domo calce incrustata
familiariter, ut solebat, canens, & contra
resonante in se uoce, existimabat ualde cano-
rus esse. Verum elatus super hoc, cogitauit &
theatro sese committere oportere. Profectus ue-
ro ad se ostendendum, cum male admodum ca-
neret, lapidibus ipsum explosum abegerunt.

Affabulatio.

Fabula significat, sic ex rhetoribus quosdam,
qui in scholis uidentur esse aliqui, cum ad res
publicas se conferunt, nullius precij esse.

Fures.

97

Fures in domum quandam ingressi, nihil
inuenerunt nisi gallum, atq; hoc capto abie-
runt. Hic ab eis occidendus rogabat, ut se di-
mitterent, dicens, utilem esse hominibus no-
ctu eos ad opera excitando, Hi uero dix-
erunt,

σαν· ἀλλὰ ἴξα ἄσπερ σε μάλλον θύομεν. ἐκείνους γὰρ ἔγχε-
ρω, ἀλλ' ἔπειμ' ἡμᾶς ἔκ' ἔα.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δειλοῖ, ὅτι ταῦτα μάλιστα φῖς πονηροῖς φαντα-
σιάζονται, ἀ τοῖς χρηστοῖς ὄσιν δὴ ὄργα γένηματα.

Κορώνη καὶ κόραξ.

Κορώνη φθονήσασα κόρακι, ἔβη ὑπὸ δὲ οἰωνῶν τοῖς
ἀνθρώποις μαντεύεσθαι, καὶ ἴξα ἄσπερ μαρτυρο-
μένων ὡς πωλέγοντι τὸ μέλλον, θεασαμένη τινὰς ὄσιν
πύργους παριόντας, ἤκην ἐπὶ τῷ δ' ἰσθμῷ, καὶ εἶπε, με-
γαλῶς ἔκραξεν. τῷ δὲ πρὸς τὴν φωνὴν ὑπὸ σφραγί-
ται, καὶ κατὰ πλάγχθῳ, ὑποτυχῶν τις ἔφη· ἀπίω-
μεν ἢ ἔτι. κορώνη γὰρ ὄσιν, ἢ τις ἀέκραγε, καὶ οἰωνῶ-
σμου ἔκ' ἔχει.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δειλοῖ, ὅτι ἔτω καὶ τῷ ἀνθρώπων οἱ τοῖς ἀρετῶ-
τοισι ἀμιλλώμενοι, πρὸς ἔβη τῷ ἴσῳ μὴ ἐπιπέδῳ, καὶ
γέλωτα ἀφλισκάνουσι.

Κορώνη καὶ λύω.

Κορώνη ἀβλήσασα λύω, κούα ὑπὸ εἰσίασιν ἐκάλει.
ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν ἔφη, τί μάτρω τὰς θυσίας ἀνα-
λίσκεις; ἢ γὰρ θεὸς ἔτω σε μασεῖ, ὡς ἀέκ' τῷ σωζόμενων
οἰωνῶν τὴν πίσιν πόσειλεν. καὶ ἡ κορώνη πρὸς αὐ-
τῷ, ἴξα ἄσπερ μάλλον αὐτῇ θύω, ἵνα διαλλαγῆ μοι.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δειλοῖ, ὅτι πολλοὶ ἴξα ἀφ' ἑσῶν ἄσπερ ἔχθρῶν ὄσιν
γετῆν ἔκ' ὀκνεῖσιν.

Κόραξ καὶ ὄσις.

Κοραξ βροφῆς ἀκροῦ, ὡς κατ' ἴσῳ ἐν τῷ ἀπληθῶν τόπῳ
ὄσις

rūt, sed propter hoc te tanto magis occidimus.
Illos enim excitando, furari nos non sinis.

Affabulatio.

Fabula significat, ea maxime prauis esse aduersa, quæ bonis sunt beneficia.

Cornix, & coruus.

98

Cornix coruo inuidens, quod is per aurguria hominibus uaticinaretur, ob idq; crederetur uti futura prædicens, conspicata uiatores quosdam prætereuntes, iuit super arborem quandam, stansq; ualde crocitauit. Illis uero ad uocem conuersis, & admiratis, re cognita quidam inquit: abeamus heus uos, cornix enim est quæ crocitauit, & augurium non habet.

Affabulatio.

Fabula significat, eodem modo & homines cū præstantioribus certantes, præter quàm quod non ad æqua perueniunt, risum quoq; debere.

Cornix, & canis.

99

Cornix Mineruæ sacrificans, canē inuitauit ad epulas. ille uero ad eam dixit, quid frustra sacrificia absumis? dea enim adeò te odit, ut ex peculiaribus quoq; tibi augurijs fidem sustulerit. Cui cornix, ob id magis ei sacrifico, ut reconcilietur mihi.

Affabulatio.

Fabula significat, plerosq; ob lucrum non uereri inimicos beneficijs prosequi.

Coruus, & serpens.

100

Coruuus cibi indigēs, ut serpentē in aprico quodam

ὄφιν κθιμώμνον, ἰῶνρυ κα τα πῆας ἤρπασε. τδι δὲ ὠν
 στραφγνῶς, καὶ δλαῖόντος αὐτῶν, ἀκθνήσκου μέλλωρ εἶ
 ρηκε· δείλαιθ' ἐγωγε, ὅς τοι ὄτρυ εὔρομ' ἐρμαου, δ'ξ οὐ
 καὶ ἀπόλλυμαι.

Επιμύθιοι.

Ο μῦθθ' πρὸς ἄνδρα, δ'ξ ἄθσα κωρδμ εὔρεσιμ ὠλ σῶτη
 εἰα λινδωδύσαντα.

Κολοῖός καὶ πόλις ὄραϊ.

Κολοῖός γν' τινι πόλις ὄρεῶνι πόλις ὄρας ἰδῶν κα-
 λῶς τρεφομλίας, λδουκάνας ἐαυτῶν ἤλθην, ὡς κῆ
 αὐτῶς φλ αὐφλ διαίτης μεταληφόμηνθ'. αἱ δὲ μέχρη
 μλν ἠσύχαζην, οἰόμενα πόλις ὄραν αὐτῶν εἶν, πλοσίγηρ.
 ἐπεὶ δὲ ποτε ἐκλαθόμενθ' ἐφθέγγετο, τλωικαῦτα τῆ
 αὐτῶ γνῶσαι φύσιμ, δ'ξ ἕλασαν παύσαι. καὶ ὅς, ἀκτυ-
 χῶν φλ γνῶταῦθα τροφῆς, ἐπανῆκε πρὸς αὐτῶ κολοῖός πα-
 λιμ, κακῆνοι δ'ξ τῶ χρωμα αὐτῶν δκ ὠλ γνόντες φλ μετ'
 αὐτῶν διαίτης ἀπεῖρξαν, ὡς τε δλουῖμ ὠλθυμίσαντα μη
 δετόρας τυχεῖν.

Επιμύθιοι.

Ο μῦθθ' δηλοῖ, ὅτι δεῖ καὶ ἡμᾶς τοῖς ἐαυτῶν ἀρκεῖσαι,
 λογιζομλίας, ὅτι ἡ πλεονεξία πρὸς θεῶ μὴδὲρ ὠφελῆμ,
 ἀφαιρεῖται καὶ τὰ πλοσύντα πολλάκις.

Κολοῖός.

Κολοῖόν τις σύλλαβῶν, καὶ δήσας αὐτῶ τῶ πόλια
 λίνω, θεῶ ἐαυτῶ παρεδωκε παιδί. ὁ δὲ, μὴ ὠ-
 πομείνας τῶ μετ' ἀνδρῶ πωρ δίαταν, ὡς πρὸς ὀλί-
 γου ἀδελίας ἔτυχε, φυγῶν ἠκην εἰς τῶ ἐαυτῶ καλιαύ.
 πόλις λινδγνῶθ' δὲ τδι δλομῶ τοῖς κλάδεις, ἀποπῆ-
 ναι μὴ δλωαμηνθ', ἐπεδὴ ἀποθνήσκου ἐμελλε, πρὸς
 ἐαυτῶ

quodam loco dormientē uidit, hunc deuolando rapuit. Hic cum se uertisset, atq; momordisset ipsum, coruus moriturus dixit, me miserū, qui tale reperi lucrum, quo etiam pereo.

Affabulatio.

Fabula in uirum, qui ob thesaurorū inuentio-
nem de salute periclitatur.

Monedula, & columbæ.

101

Monedula in columbario quodam colū-
bis uisis bene nutritis, dealbauit sese, i-
uitq; ut & ipsa eodem cibo impertiretur. Hæ ue-
ro, donec tacebat, ratæ eam esse columbam, ad-
miserunt. Sed cum aliquando oblita uocē emi-
sisset, tunc eius cognita natura, expulerunt per-
cutiēdo, eaq; priuata eo cibo rediit ad monedu-
las rursus. Et illæ ob colorem, cum ipsam non
nosset, à suo cibo abegerunt, ut duorum appe-
tens, neutro potiretur.

Affabulatio.

Fabula significat, oportere & nos nostris con-
tentos esse, considerantes auaritiā, præterquā
quod nihil iuuat, auferre sæpe & quæ adsunt
bona.

Monedula.

102

Monedulam cum quis cepisset, & pedē al-
ligasset filo, suo tradidit filio. Hæc non fe-
rendo uictum inter homines, ubi parumper li-
bertatem nacta est, fugit, in suumq; nidum se
contulit. Circumuoluto uero ramis uinculo,
euolare haud ualens, cum moritura esset, se-

n cum

ἑαυτὸν ἔφη, δάλαυθ' ἔγωγε, ὅς τιν' παρ' ἀνθρώποις
μὴ ὑπομένειας δουλείαν, ἔλαθον ἑμαυτὸν εἰ ζωῆς εὐδαι-
μονίας.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος Διλοῖ, ὅτι πινὲς ἔειπ' ὅτι μετρίων λινοδύωυ
ἑαυτὸν Βαλόμηναι ῥύσαομαι, εἰς μέζους πόδι πίπτουσι.

Ἑρμῆς.

Ζεὺς ἑρμῶν προσέταξε πᾶσι τοῖς τεχνίταις ψύ-
δου φάρμακον ἔγχεῖν. ὁ δὲ ἴσθ' ἄρ' ἔτρεψας, καὶ μέ-
τρον ποιήσας, ἴσθ' ἑκάστῳ γνέχεον. ἠδὲ δὲ μόνον τὸ σκυ-
τίως ὑπολειφθέντες, πολὺ κατελέλητο φάρμακον,
ὄλιγ' ἄλλω τινὶ θυεῖαν γνέχεον αὐτῶν. ἑκκτότε σὺν
ἐκαστῷ τεχνίτῳ ἀπαντας ψύδου δαί, μάλιστα δὲ πάν-
των αὐτῶν σκυτίως.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος πρὸς ψυδολόγους τεχνίτας.

Ζεὺς.

Ζεὺς πλάσας αὐτῶν ἀνθρώπων, τίς μὲν ἄλλας ἑτα-
ραῖσις αὐτοῖς γνέθηκε, μόνω δ' ἄρ' ἔθνηται τινὶ ἀε-
χμῶν ἐπελάθω. διὸ καὶ μὴ ἔχωμ πόδον αὐτῶν εἰ-
σαγάγει, ἵνα τὸ ὄχλος αὐτῶν εἰσελθεῖν ἐκείδουσιν. ἢ δὲ
τὸ μὲν πρῶτον αὐτέλεθρον ἀναξιοπαθεῖσα. ἐπεὶ δὲ σφό-
δρα αὐτῶν γνέκετο, ἔφη. ἀλλ' ἔγωγε ἠδὲ ταύταις εἰσερ-
χόμεαι ταῖς ὁμολογίαις, ὡς αὐτῶν μὴ εἰσελθεῖν. ἀν δ' εἰ-
σελθεῖ, αὐτῶν ἐξελεύσομαι πρᾶυ τήκε. ἀπ' δὲ τῶν συ-
νέβη πάντας αὐτῶν πόρνους ἀναχμῶντες εἶν.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος Διλοῖ, ὅτι αὐτῶν ἔρωτ' ἑταρῶν κατεχμῶντες, ἀ-
ναχμῶντες εἶν συμβαίνει.

Ζεὺς

eum loquebatur, me miseram, quæ apud homi-
nes non ferendo seruitutem, incaute mea me uita
priuauit.

Affabulatio.

Fabula significat, nonnunquã quosdam, dum
se à mediocribus student periculis liberare, in
maiora incidere.

Mercurius.

103

Iupiter Mercurio iussit, ut artificibus omni-
bus mendaciij medicamentum misceret. Hic
eo trito, & ad mensuram facto, æquabiliter sin-
gulis miscuit. Cũ uero solo relicto sutore, mul-
tum superesset medicamenti totum acceptum
mortariũ ei miscuit. Atque hinc contigit artifi-
ces omneis mentiri, maximẽ uero omnium su-
tores.

Affabulatio.

Fabula in mendaces artifices.

Iupiter.

104

Iupiter formatis hominibus, omneis illis affe-
ctus indidit, solum indere pudorem oblitus
est. Quapropter non habens, unde nã ipsum
introduceret, per turbã ingredi eum iussit. Hic
uero primum contradicebat, quòd indigna fer-
ret. Vehemẽtius uero eo instante, ait: Sed ego
sanẽ his ingredior pacẽs, si amor non ingredia-
tur. Sin ingrediat, ipse exhibo quamprimum.
Ex hoc sanẽ euenit, omnia scorta inuerecunda
esse.

Affabulatio.

Fabula significat, captos amore inuerecundos
esse.

Ζεύς.

Ζεύς γὰρ κεν τελευτῶν, πάντα τὰ ζῶα εἰς ἴα· μόνος δὲ τῆλ' ἑλάνης ὑσδρησάσης, διαπορῶν τιῶν αἰπιαν τῆλ' ὑσδρήσεως, ἐπωθαύσῃ αὐτῆλ', τίν' ἔχαιεν αὐτὴν ἄπ' τὸ δάπνου ὃ πῆρε γύσῃ. τῆλ' δὲ εἰπούσης, οἴκος τῆλ' ἴκος, οἴκος ἀγῆς ἔ. ἀγανακτίσας λατ' αὐτῆλ', λατὸν δῖνασε τὸν οἴκου βασάξισαν ποδὶ φέρειν.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος δὲ κλοῖ, ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων αἰροῦνται μάλλον λιτῶς παρ' ἑαυτοῖς ζῆν, ἢ παρ' ἄλλοις πολυτελῶς.

Λύκος καὶ πρόβατον.

Λύκος ὑπὸ κλυτῶν δειχθεὶς, καὶ λακῶς πάχων, ἐβέβηκε. τροφῆς δὲ ἀπορῶν, θεασάμενος πρόβατον, ἐδῆτο ποτὸν ἐκ τοῦ πῆρε γύοντος αὐτῆλ' ποταμῶν ἠμῖσαι. εἰ γὰρ σὺ μοί φησι δῶσεις ποτὸν, ἐγὼ τροφῆν ἑμαυτῆλ' εὐρήσω. τὸ δὲ ὑποτυχόν, ἔφη, ἀλλ' ἐὰν ἐγὼ ποτὸν ὑπὸ δῶ σοι, σὺ καὶ τροφῆν μοι χήσῃ.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος πρὸς ἄνδρα λακῶν ὄργου, δι' ὑποκρίσεως γινώσκοντα.

Λαγωί.

Λαγωί ποτε πολεμῶντες ἄλλοῖς, παρεκάλεον εἰς συμμαχίαν ἀλώπεκας. αἱ δὲ ἔφασαν, ἐβοηθήσαμεν αὐτοῖς, εἰ μὴ ἡδαιμεν τίνες ἐσὲ, ἔ. τίσι πολεμεῖτε.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος δὲ κλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς κρείττοσι φιλονεικῶντες, τῆλ' ἑαυτῶν σωτηρίας καταφρονῶσι.

Μύρμηξ.

Iupiter.

105

Iupiter nuptias celebrās, omnia animalia accipiebat. Sola uero testudine tarde profecta, admiratus causam tarditatis, rogauit eam, quāobrem ipsa ad cœnam nō accesserit. Cum hæc dixisset, domus chara, domus optima: iratus ipsi, damnauit ut domū baiulans circumferret.

Affabulatio.

Fabula significat, plerosq; homines eligere, parce potius apud se uiuere, q̄ apud alios laute.

Lupus & ouis.

106

Lvpus à canibus morsus, & male affectus, abiectus iacebat. Cibi uero indigens, uisa oue, rogabat ut potum ex præterfluente flumine sibi afferret. Si enim tu mihi, inquit, dederis potum, ego cibum mihi ipsi inueniam. Illa, re cognita, ait: sed si ego potum do tibi, tu & cibo me uteris.

Affabulatio.

Fabula in uirum maleficum, per simulationē insidiantem,

Lepores.

107

Lepores olim belligerantes cum aquilis, inuocarunt in auxilium uulpes. Hæ autem dixerūt, uobis auxiliaremur, nisi sciremus qui uos estis, & cum quibus bellamini.

Affabulatio.

Fabula significat, eos qui cum præstātoribus certant, suam salutem contemnere.

Formica.

108

Μυρμηξ ὀνυῦ, τὸ παλαιὸν ἀνδρωπεύω. καὶ πῆ γειργία διλωκεῖς πρὸ σέχων, οὐ τοῖς ἰδίοις ἤρκει το πόνους, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τῆν γειτόνων καρπούς ὑφίρῃτο. ὁ δὲ ζεὺς ἀγανακτήσας ἰδίῃ τῆ τούτου πλεονεξία, μετεμόρφωσεν αὐτὸν εἰς ὄφρα τὸ ζῶον, ὃ μύρμηξ καλεῖται. ὁ δὲ τῶν μορφῶν ἀλλαγῆς, τῶν διαθροῦν οὐ μετέβαλε. μέχρι γὰρ τοῦ νυῦ τὰς ἀφούρας ποδῶν, αὐτὸ τῶν ἐτόρων πόνους συλλέγει, καὶ ἑαυτῷ ἀποθησαυρίζει.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φύσει πονηροί, καὶ τακαλιεῖσα τὸ εἶδος μεταβληθῶσι, τὸν τρόπον οὐ μεταβάλλονται.

Νυκτεῖς καὶ γαλή.

Νυκτεῖς ἰδίῃ γῆς πεισοῦσα, ὑπὸ γαλῆς σωελήσθη. καὶ μέλασσα ἀναρῆιδται, ποδὶ σωτηρίας ἐσθλαῖν. Ἐ δὲ φαιδῆς, μὴ δαίκαθαι αὐτῶ ἀπολύσαι. εἰσει γὰρ πᾶσι ἔνῃ πῆλοῖς πολεμῆν. αὐτὴ ἔλεγχῃ, ὅτι ὄφρις, ἀλλὰ μῦς εἶν. καὶ ὅτως ἀφάθῃ. ὑσῶρον δὲ πάλιν μεσσε, καὶ ὑφ' ἐτόρας συλλεφθεῖσα γαλῆς, μὴ βρωθῆναι ἐσθλαῖν. Ἐ δὲ εἰπούσις ἀπαισιμὴ ἐχθραίνειν μυσίμ. αὐτὴ μὴ μῦς, ἀλλὰ νυκτεῖς ἔλεγχῃ εἶν, καὶ πάλιν ἀπελύθη. καὶ ὅτω σωῆθη δις αὐτῶ ἀλλαγαμῶν τὸ ὄνομα, σωτηρίας τυχεῖν.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δηλοῖ, ὅτι θεῖς καὶ ἡμᾶς μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ ἐπιμύθην, λογιζομένης, ὡς οἱ τοῖς καιροῖς συμμεταχνομαπιζομένοι, πολλάκις αὐτὸν λινδῶος ἐκφύγισιμ.

Οσβιπόροι.

QVæ nunc formica, homo olim fuit. Hic agriculturæ assidue incumbēs, non erat proprijs laboribus contentus, sed & uicinorū fructus surripiebat. Iupiter autem indignatus huius auaritia, transmouit eum in hoc animal, quæ formica appellatur. Verum cum mutasset formam, non & affectum mutauit. Nam usq; nunc arua circumeundo, aliorum labores surripit, & sibi recondit.

Affabulatio.

Fabula significat, natura prauos, etsi maxime speciem transmutarint, mores non mutare.

Vespertilio & mustela.

109

Vespertilio in terram cum cecidisset, à mustela capta est. Et cum occidēda foret, pro salute rogabat. Hac uero dicente, non posse ipsam dimittere, quod natura uolucris omnibus inimica foret: ait, non auem, sed murem esse. & sic dimissa est. Postremò autem cum iterū cecidisset, et ab alia capta mustela, ne uoraretur orabat. Hac autem dicente, cunctis inimicā esse muribus: hæc non mus, sed uespertilio esse dicebat, & rursus dimissa est. Atque ita euenit, bis mutato nomine, salutem cōsecutam fuisse.

Affabulatio.

Fabula significat, neq; nos in iisdem semper esse oportere, considerantes eos qui ad tempus mutantur, plerunq; pericula effugere.

Viatores.

110

Οδοιπόροι κατὰ λινα ἀγιαλὸν ὁδοῦντες, ἤλ-
θου ἐπὶ τινὰ σινοπιάν. καὶ κῆρυθ θεασάμενοι
φρύγανα πόρρωθεν ὑπὲρ πλεόντα, ναῦν εἶν' ἐν μεγάλῳ ὠή-
θησαν. διὸ δὴ πρὸς ἔμλον ὡς μελλύσις αὐτῶν πρὸς ἑμ-
ζεδοι. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ ἀνέμου φερόμενα τὰ φρύγανα, ἐγ-
γυτοῦ ἔγγυθ, ἐκέτι ναῦν, ἀλλὰ πλοῖον ἐδύκωυ βλε-
πευ. ἐξνεχθῆντα δ' αὐτὰ φρύγανα ὄντα ἰδόντες,
πρὸς ἀλλήλους ἔφασαν, ὡς ἀγα μάλ' ἡμεῖς τὸ μηδὲν
ὄν πρὸς ἐλεχόμεθα;

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος δὴλοῖ, ὅτι τῶν ἀνθρώπων γῆνοι δὲ ἀπρόπῃς δὴ
κωῦτες φοβόροι εἶν', ὅταν εἰς πῆραν ἔλθωσι, οὐδὲ γνὸς
δύεσκονται ἄξιοι.

Ουτ' ἄγριθ.

Ονοτ' ἄγριθ ὄνομα ἰδῶν ἡμόρου ἐν λινα δὴ κλίω τὸ
πῶ, πρὸς ἑλθῶν αὐτὸν ἐμακάρειζεν, ἐπὶ τε τῆ
δύεξια τὸ σώματος, καὶ τῆ εἰ τροφῆς ἀκλαύσει. ὕσε-
ρον δὲ ἰδῶν αὐτὸν ἀχθοφοροῦντα, καὶ τὸν ὄνηλάτιω
ὄπιθον ἐπόμνον, καὶ ῥοπάλοισ αὐτὸν παίοντα, ἔφη.
ἀλλ' ἐγωγε ἐκέλευσε δύδαιμονίζω. ὄρω γὰρ, ὡς ἐκ ἀνδῶ
κακῶν μεγάλων τὴν δύδαιμονίαν ἔχεις.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος δὴλοῖ, ὅτι ἐκ εἰς κληωτὰ τὰ μετὰ κινδύων
καὶ ταλαιπωριῶν ἡδύδαι.

Ονοι.

Ονοι ποτὲ ὑπὸ τῶν συνεχῶς ἀχθοφορῶν καὶ τα-
λαιπωρῶν, πρὸς βίαις ἐπεμψαν πρὸς τὸν δία,
ἀύσιμ τῶν πόνων ἀτούμενοι. ὁ δ' αὐτοῖς ὑπὸ δειξαι
βυλόμενθ, ὅτε ἴδω ἀδύωα τὸν ὄσιμ, ἔφη, τότε αὐτοῖς
ἀπκλ,

Vlatores secundum littus quoddam iter facientes, uenerunt in speculam quandam, & illic conspicati farmenta procul natantia, nauim esse magnam existimarunt: quamobrem expectarunt, tanquã appulsura ea esset. Cum uero à uento lata farmenta propius forent, nō nauim amplius, sed scaphã uidere uidebant. Aduectis autem illis, cum farmenta esse uidissent, inter se dixerūt: ut nos igitur frustra, quod nihil est expectabamus? Affabulatio.

Fabula significat, nonnullos homines, qui ex improuiso terribiles esse uidentur, cum periculum feceris, nullius esse precij inueniri.

Asinus syluestris.

iii

Asinus syluestris asino uiso domestico in loco quodã aprico, profectus ad ipsum, beatum dicebat & corporis habitudine, & cibi perceptione. Deinde uero cum uidisset eum ferentem onera, & agasonē retrò sequentem, & baculis ipsum percutientē, ait: ast ego nō amplius beatū te existimabo. Video enim nō sine magnis malis habere te felicitatē. Affabulatio. Fabula significat, non esse æmulanda lucra, in quibus insunt pericula, & miseriæ.

Asini.

iiiz

Asinus olim propterea quòd assidue onera ferrent, & fatigarentur, legatos miserunt ad louem, solutionē laborum petentes. Hic autem ostendere ipsis uolens, id nō posse fieri, ait:

n 5 Tunc

ἀπαλλαγίσει δαί Φιλακοπαθείας, ὅταν ὑρῶντες ποιή-
σωσι ποταμόν. καὶ κείνοι αὐτῶν ἀληθόθεν ὑπολαβόν-
τες, ἀπ' ἐκείνου καὶ μέχρι τοῦ ναῦ γῆθα ὑρῶντόρων ἰδίω
σιν ὄνωμ, γῆταῦθα καὶ αὐτοὶ ποδῶς ἀμύλοιο ὑρῶσιμ.

Ἐπιμύθιομ.

Ο μύθῳ δηλοῖ, ὅτι ἐκάστω τῷ περὶ πρῶμῶν ἀθρόα πῶ-
τόμ ἐσιμ.

Ουθ καὶ ἀλώπηξ.

Ο ΝΘ γῆδυσάμλιθ λειοντῶ, ποδῶιαι, τῶλλα
τῶ ζωμ ἐκφοβῶμ. καὶ δὴ θεασάμλιθ ἀλώ-
πηξα, ἐπειρῶτο καὶ ταύτῳ δεδραῖτηδαι. ἢ δὲ, ἐτύγα
χανε γὰρ αὐτῷ φθρυγαμλίν πρῶα κκοῦα, πρὸς αὐτόμ
ἐφη. ἀλλ' οὐ ἴδι, ὡς καὶ ἐγὼ ἀμ σε ἐφοβῶθῳ, εἰ μὴ ὀγκω
μλίν ἤκουσα.

Ἐπιμύθιομ.

Ο μύθῳ δηλοῖ, ὅτι γῆιοι τῶ ἀπαιδούτων, τοῖς ἔξω
δοκροῦτες τινδσ ἐπ, ὑπὸ Φιλίδας γλωσσαλγίας ἐλεγ-
χονται.

Ουθ καὶ βάτραχοι.

Ο ΝΘ ξύλα βασάζωμ, διέβαινε πνα λίμνῳ. ὄλε
δήσας δὲ, ὡς κατέπεδον, ἐξανασιῶαι μὴ δι-
θάμλιθ, ὡδύρετό τε καὶ ἐσηγη. οἱ δὲ γῆ τῆ λίμνη βά-
τραχοι τῶ σφραγμαῶν τῶτα ἀκῶσαντες, ὡδ' ὅτος, ἐφαλαμ,
καὶ τι αὐ' ἐποίησας, εἰ ποσῶν γῆταῦθα χρόνον διέτρι-
βου, ὅσοι ἡμεῖς, ὅτε πρὸς ὀλίγου πεσῶμ, ἔτως ὀδύρη.

Ἐπιμύθιομ.

Τότω τῶ λόγῳ χηῶσαιτ' ἄν τις πρὸς ἀνδρα ῥάθυμομ,
ἐπ' ἐλαχίστοις πόνοις διυφορῶνται, αὐτῶς οὐ πλείους
ῥαδίως ὑποσάμλιθ.

Tunc eos liberatū iri laboribus, cum mingendo fluuium fecerint. Ac illi eum uerum dicere existimantes, ex illo & nunc usq; ubi aliorum urinam uiderint asinorum, illic & ipsi circumstantiando mingunt. Affabulatio.

Fabula significat, unicuiq; quod fatale est, incurabile esse.

Asinus & uulpes.

113

Asinus indutus pelle leonis, uagabatur reliqua bruta perterrendo. Cæterum uisa uulpe, tentauit & hanc perterrefacere. Hæc autem (casu enim ipsius uocem audiuerat) ad ipsum ait: sed bene scias, quod & ego te timuissem, nisi rudentem audiuissem.

Affabulatio.

Fabula significat, nonnullos indoctos, qui his qui extrâ sunt, aliqui esse uident, ex sua lingua-citate redargui.

Asinus & ranæ.

114

Asinus ligna ferens, pertransibat paludē quandam. Lapsus autem, ut decidit, nec surgere posset, lamentabatur, ac suspirabat. Ranæ autem quæ erant in palude, auditis suspirijs, heus tu, dixerunt, & quid faceres, si tanto hic tempore, quanto nos, fuisses, cum quia ad breue tempus cecidisti, sic lamenteris.

Affabulatio.

Hocermone uti quispiam poterit in uirum se-gnem, qui ob minimos quosq; labores tristatur, cum ipse maioribus facile resistat.

Asinus

Οὐκὼ καὶ κόραξ.

Οὐκὼ ἠλκωμλίθου τὸν νότον, γὰρ τινι λειμῶνι γνῶμαρ. κόρακθὸς δὲ ὑπὸ καθίσαντθὸς αὐτῶν, ἐν τῷ ἔλκωξ φαίνοντος, ὁ οὐκὼ ὀγκᾶτο καὶ ἤλατο. τὸ δὲ ὄνηλά τε πόρρωθην ἰσαμλῆα, καὶ γελῶντος, λύκος πρὶ ὠμῶν αὐτοῦ εἶδε, καὶ ἔφη ἄθλιοι ἡμεῖς, εἰ καὶ μόνου ὀφθαλμοῦ αὐτῶν διωκόμεθα, τῷ τῶ δὲ καὶ πρὸς γελαῶσιν.

Ἐπιμύθιον.

Οὐκὼ δηλοῖ, ὅτι οἱ κακῶργοι γὰρ ἀνθρώπων, καὶ μόνου φανγίτες δειλοί εἰσιν.

Οὐκὼ καὶ ἀλώπηξ.

Οὐκὼ ἐν ἀλώπηξ κωινωνίαν συυθήμενοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξ ἡλθον εἰς ἀγραν. λέοντος δὲ αὐτοῖς περιτυχόντθου, ἡ ἀλώπηξ τὸν ἐπηρετημλίου ὀρῶσα λίνδου νομ, πρὸς ἐλθῶσα τῶν λέοντι, πρὸς ἀλώσειν αὐτῶν τὸν ὄνομ ὑπερχε, καὶ αὐτῶν τὸ ἀκίνδλωμ ἐπαγγέλλεται. τὸ δὲ ἀκλύσειν αὐτῶν φήσαντθου, ἐκείνη πρὸς ἀγαγῶσα τὸν ὄνομ, εἰς πινὰ πάγιμ ἐμπροσθεῖν πρὸς ἀκλύσασε. καὶ ὁ λέων ὀρῶν ἐκείνου φθύγειν μὴ δυνάμενον, πρῶτῶν τῶν ἀλώ πεκα συυέχων, εἶδ' ὅτως ἔβη τὸν ὄνομ ἐτράπη.

Ἐπιμύθιον.

Οὐκὼ δηλοῖ, ὅτι τοῖς κωινωνοῖς ὑπὸ βελόνων, λαυθαίνουσι πολλάκις καὶ αὐτοῦ πρὸς ἀπολῶντες.

Ὀρνις καὶ χελιδὼν.

Ὀρνις ὄφραως ὡς εὐρῶσα, ὑπὸ μελῶς ἐκθρομαύασα ἐξέκωλαψε. χελιδὼν δὲ θεασαμλῆα αὐτῶν, ἐφθ. ὦ ματαία, τί ταῦτα τρέφεις ἀπὸρ αὐξηθῆντα, ἀπὸ σὺ πρῶτης τῶν ἀδικεῖν ἀρξέται;

Ἐπιμύθιον.

Οὐκὼ.

Asinus, & coruus.

115

A Sinus ulcerato dorso in prato quodam pascebatur. Coruo autem insidente sibi, & ulcus percutiente, asinus rudebat ac saltabat. Sed agasone procul stante ac ridente, lupus præteriens, ipsum uidit & dixit: miseri nos, quos si tantum uiderit, persequitur, huic autem & arrident.

Affabulatio.

Fabula significat, maleficos homines, si tantum appareant, dignosci.

Asinus & uulpes.

116

A Sinus & uulpes, inita inter se societate, exiuerunt ad uenationē. Leo uero, cum occurrisset ipsis uulpes, imminens periculū uidens, profecta ad leonem, tradituram ei asinū pollicita est, si sibi impunitatē promiserit. Qui cum dimissurum eam dixisset, illa adducto asino in casses quosdam ut incideret, fecit. Sed leo uidens illum fugere minime posse, primam uulpem comprehendit, deinde sic ad asinum uersus est.

Affabulatio.

Fabula significat, eos qui socijs insidiantur, sæpe & seipfos nescios perdere.

Gallina, & hirundo.

117

G Allina serpentis ouis inuentis, diligenter calefacta excudit. Hirundo autem cum eam uidisset, ait, ô demēs quid hæc nutris: quæ cum excreuerint, à te prima iniuriam auspiciantur.

Affabulatio.

Fabula

Ο μῦθος δὴλοῖ, ὅτι ἀπείραστος ὄντι ἡ πονηρία, καὶ τὰ μέγιστα δύσργηται.

Κάμηλος.

Ο τε πρότερον κάμηλος ὄφθη, οἱ ἄνθρωποι φοβήθη γένεσθαι, καὶ τὸ μέγεθος καταπλαγῆσθαι, ἐφοβήθησαν. ὡς δὲ χρόνος παροῖντος, σωεῖδον αὐτῷ τὸ πρᾶον, ἐπαρτήθησαν μέχρι τοῦ προσελθεῖν. αἰδομένοι δὲ κατὰ μέρος, τὸ ζῶον ὡς χαλῶν ἔκχευ, εἰς τοσοῦτον καταφρόνησεως ἤλθον, ὥστε καὶ χαλινὸς αὐτῇ περιβλήσας, πασιμὲν ἐλάυνον δεδιώκασιν.

χομαί

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δὴλοῖ, ὅτι τὰ φοβερὰ τῶν πραγμάτων, ἢ συμβεβηια δύνατα φρόνητα ποιεῖ.

Οἷος.

Ο φῖς ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων πατάμενος, τῷ δὲ γένετύγχανεν. ὁ δὲ ζεύς πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ἀλλ' εἴ τὸν πρότερον πατήσαντα ἐπληξας, ἔκταν ὁ δὲύτορος ἐπεχείρησε ἴσον ποιῆσαι.

παιτεω
πατεω

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δὴλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς πρότερον ὑπεβάνοντες ἀνθρώποι, τοῖς ἄλλοις φοβερὸὶ γίνονται.

Περὶσθρά.

Περὶσθρά διΐη σωμαχομῆν, ὡς ἐθεάσατο ἄν τις τὸ πῶν κρατῆρα ὑδατος γεγραμμένον, γνώμισεν ἀληθινὸν εἶναι. διὸ καὶ πολλῶν τῶν ῥαίξων γέχθεισα, ἔλασθον ἐαυτῷ τῶν πίνακι ἐμπροσθεῖσα, ὡς καὶ τῶν πῆδων αὐτῷ περιπλασθέντων καταπεθεῖν ἠδὲ γλῶ, καὶ ὑπὸ τῶν τῶν πῆδων ἄλῶναι.

χομαί
αἰσώ

Επιμύθιον.

ο μῦθος

Fabula significat, implacabilem esse prauitatē,
licet afficiatur maximis beneficijs.

Camelus.

118

CUm primum uisa est camelus, homines
perterriti, & magnitudinem admirati fu-
giebant. Vbi uero procedente tempore cogno-
uerunt ipsius mansuetudinem, confisi sunt eo-
usq; ut ad eam accederent. At intellecto paulo
post beluæ non inesse bilem, eò contemptus ie-
re ut & frena ei imponerent, et pueris agendam
traderent.

Affabulatio.

Fabula significat, terribiles res consuetudine
contemptibiles fieri.

Serpens.

119

Serpens à multis hominibus pestundatus,
Iouem postulauit. Iupiter autem ad eum di-
xit, sed si qui prior conculcauit, pupugisses, ne-
quaquam id facere secundus aggressus fuisset.

Affabulatio.

Fabula significat, eos qui prius inuadentibus
resistunt, alijs formidolosos fieri.

Columba.

120

Columba siri correpta, ut uidit quodam in
loco poculū aquæ depictum, uerum rata,
atq; multo elata impetu, in scia in tabulam offen-
dit, ut & pennis ipsius per fractis in terram deci-
deret, atq; à quodam occurrentium caperetur.

Affabulatio.

Fabula

Ο μῦθος Διλοῖ, ὅτι γῆνοι τῶν ἀνθρώπων εἶς σφοδρὰς
πεθυμίας, ἀποδισκῆπῶς πράγμασι ἐγχειροῦντος,
ἐμβάλλασιν ἑαυτοῦ εἰς ὄλεθρον.

Περειδρά καὶ κερῶν.

Περειδρά γῆνι ποδισδρεῶνι τρεφομλίν, ὡδὶ πο-
λυτεκνία ἐφρουάτῃσιν. κερῶν δὲ αὐτῆ ἀκίστασε
ἐφη, ἀλλ' ὡ αὐτῆ. πέπαυσον ὡδὶ τῶ σερμνωμλίν. ὁ-
σων γὰρ αὐτῶν πλείονα τίκτης, τοσούτων καὶ πλείους λύπας
συνάγεις.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος Διλοῖ, ὅτι καὶ τῶν οἰκῶν τῶν δυσυχῆσιν τοῖς εἰσιν, ὅ-
σοι γῆνι δουλία πολλὰ τέκνα ποιοῦσιν.

Γλάσιος.

Πλάσιος δύο θυγατέρας ἔχων, τῆ μίας ἀκθανῶ-
σις, θρηνῶσας ἐμίδῳσατο. τῆ δὲ ἑτέρας παιδὸς
λεγάσις, ὡς ἀθλιαὶ ἡμεῖς, ἀγε αὐτῶν ὡν ὅτι τὸ πρῶτον
θρηνῶσιν ἐκ ἰσμῆ, αἱ δὲ μὴ προσίνουσιν ἔτι σφοδρῶς
κόπῃοντα. ἡ μήτηρ ἐφη, μὴ θαύμαζε τέκνον, εἰ αὐτῶν ἔ-
τι θρηνῶσιν, ὡδὶ γὰρ ἀγγυεῖω ὅσον ποιοῦσιν.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθος Διλοῖ, ὅτι γῆνοι τῶν ἀνθρώπων εἶς Φιλαργυ-
εῖαν ἐκ ὀκνησῶν ἀλλοτρίας συμφορὰς ὀργολαβεῖν.

Ποιμῶν.

Ποιμῶν ἐλάσας εἰς πῖνα δρυμῶνα τὰ πρόβατα,
ὑποσρώσας ὑπὸ δρυῖ τὸ ἱμάλιον, καὶ ἀναβάς
τὸν λαορπὸν κατέσειε. τὰ δὲ πρόβατα ἐδιδόντα αὐτῷ Βα-
λάνος ἔλαθον καὶ τὰ ἱμάλια συγκαταφαγόντα. ὁ δὲ ποι-
μῶν καταβάς, ὡς εἶδε τὸ γεγονός, ὡ κέκισα ἐφη ζῶα ὑ-
μεῖς τοῖς λοιποῖς εἰσα εἰς ἐδῆτας πρῆχετε, ἐμὸ δὲ τρέ-
φοντος ὑμᾶς καὶ τὸ ἱμάλιον ἀφέλεσθε.

Ἐπιμύ-

Fabula significat, nonnullos homines ob uehementes alacritates, inconsultò res aggredientes, iniicere sese in perniciem.

Columba, & cornix.

124

Columba in columbario quodam nutrita, fœcunditate superbiebat. cornix uero ea audita, ait: sed heus tu desine hac re gloriari. nã quo plures paris, eo plus mœroris accumulās.

Affabulatio.

Fabula significat, ex famulis quoq; eos esse infelicissimos, qui in seruitute multos filios faciunt.

Diues.

122

Diuēs duas habēs filias, altera mortua, præficias conduxit. cum uero altera filia dixisset: ut nos misere, ipsæ, ad quas pertinet luctus, lamentari nescimus, hæ uero non necessarię sic uehementer plangunt. Mater ait, ne mirare filia, si hæ ita lamentantur, nam nummorum gratia id agunt.

Affabulatio.

Fabula significat, nonnullos homines ob auaritiã non uereri alienis calamitatibus quæstũ facere.

Pastor.

123

Pastor actis in quercetũ quoddam ouibus, strata sub quercu ueste, ascendit, & fructũ decutiebat. Oues uero inter edendũ glandes, nesciã & uestes unã deuorarũt. At cũ pastor descēdisset, ut quod erat actũ uidit, ô pessima, ait, animalia: uos cæteris uellera ac uestes præbetis, à me uero qui uos nutrio, & uestem surripitis.

o

Affa-

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων δι' αἰσῶπυ,
τὸς μηδὲν πρῶσῆοντες δύσργετοντο, καὶ τῶν οἰκείων
φῶλα ὄργάζονται.

Αλιεύς καὶ σμαεῖς.

Αλιεύς τὸ δίκτυον χαλάσας γὰρ τῆ θαλάτῃ, ἀνῆ-
νεγκε σμαεῖδα, σμικρὰ ἢ ἕσα, ἐκίετο γὰρ αὐτῶν
νῦν μὲν μὴ λαβεῖν αὐτῶν, ἀλλ' ἔασαι ὅσα τὸ σμικρὸν
τυχεῖν. ἀλλ' ὅταν αὐξυθῶ καὶ μεγάλη φησὶ γῆμα-
μαι, συλλαβεῖν με δωήσῃ, ἐπεὶ καὶ εἰς μέζονά σοι ὠφέ-
λειαν ἔσομαι. καὶ ὁ ἀλιεύς εἶπεν· ἀλλ' ἔγωγε ἄνδρα
εἶμι, εἰ τὸ γὰρ χόρσι παρὲς ἑδράθη καὶ σμικρὸν ἢ, τὸ
πρῶσδὴ κῶμῶν καὶ μέγα ὑπάρχει ἐλπίσειν.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἀλόγιστος αὐτῶν, ὁ δὲ ἐλπίδα μέ-
ζονος, τὰ γὰρ χόρσιμ ἀφείδ σμικρὰ ὄντα.

Ἴππος καὶ ὄνος.

Ανθρωπὸς τις εἶχεν ἵππον καὶ ὄνον. ὁ δὲ δυνάτων
δὲ γὰρ τῆ ὀσῶ, εἶπεν ὁ ὄνος τῷ ἵππῳ· ἄραρον ἐκ τῆ
ἐμῶ βάρους, εἰ θέλεις εἶναι με σῶν. ὁ δὲ ἐκ ἐπέσθη. ὁ δὲ ὄνος
πρῶτῶν ἐκ τοῦ κῶπος ἐτελεύτησεν. τοῖ δὲ δεσπότης πάν-
τα ἀκρηγνῶτος αὐτῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ὄντων δορῶν, θρῶν
ὁ ἴππος ἐβόα· οἴμοι τῶν παναθλίων, τί μοι σωῖεθαι τῶν
ταλαιπώρων; μὴ θελήσας γὰρ μικρὸν βάρος λαβεῖν, ἐ-
στὸς ἅπαντα βασάζω, καὶ τὸ δόρμα.

Επιμύθιον.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῖς μικροῖς οἱ μεγάλοι συγκοινω-
νῶντες, ἀμφοτέρω σωθήσονται γὰρ βίω.

Ἀνθρωπος καὶ σάτυρος.

Fabula significat, plerosq; homines ob demeritiam, eos qui nihil ad se attinēt, beneficio afficere, in domesticos mala operari.

Piscator & cerrus.

124

Piscator demisso reti in mare retulit cerrū, qui paruus cum esset, supplicabat ipsum ne tunc se caperet, sed dimitteret, quòd paruus foret. At cum creuero, & magnus, inquit, euasero, me capere poteris, quoniā & maiori tibi ero utilitati. Tum piscator ait, sed ego demens fuerim, si quod in manibus est dimisso lucro, licet sit paruum, expectando magnum sperem.

Affabulatio.

Fabula significat inconsideratum esse, qui spe maioris rei, quæ inter manus est, amittat, quia parua fuerit.

Equus & asinus.

125

Homo quidam habebat equum & asinū, cum autē iter facerent in uia, ait asinus equo: tolle à me oneris partē si uis me esse saluū. Illo non persuaso, asinus cecidit, atq; e labore mortuus est. Ab hero aut omnib. impositis ei, & ipsa asini pelle, cōquerens equus clamabat: heu mihi miserrimo, quid mihi obtigit afflicto: quia enim parum oneris nolui accipere, ecce omnia gesto, & pellem.

Affabulatio.

Fabula significat, si magni cum paruis iungantur, utrosq; seruari in uita.

Homo & satyrus.

126

Ανθρώπος τις πρὸς σώτηρον Ἰλίου ποιησέμενος, στυγερῶς αὐτῷ, χαιμῶνος δὲ καὶ ψυχρῆς γρηγορήσας, ὁ ἄνθρωπος τὰς χεῖρας αὐτῷ προσφόρων ἔσματα ἀπέπνει. Ἐδὲ σατῦρον ἐπρωτίσαστος, δι' ἡμῶν αἰτίαν ὄντα πράττει, ἔφη. τὰς χεῖρας μου θορμαίνω ἐκ τῶ κρύου. μετὰ μικρὸν δὲ ἐδ' ἔσματος θορμῶν πρῶτον νηχθῆναι, ὁ ἄνθρωπος ἔσματα προσφόρων ἔσματα, ἐφύσα αὐτό. πωθανομῆδου δὲ πάλιν δι' ἡμῶν αἰτίαν ὄντα πράττει, ἔφη, τὸ ἔσδομα καταψύχω. Ἰσολαβῶν δὲ ὁ σάτυρος, ἀλλ' ἔγωγε, ἔφη, ἀπὸ τοῦ νυῦ ἀρτάσομαι σου ἐν Ἰλίου, ὅτι ἐκ τῶ αὐτῷ σμάτῳ τὸ θορμῶν καὶ τὸ ψυχρῶν ἔσματα.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μύθος διηγεῖται, ὅτι διὰ φύγειν ἡμᾶς τὰς Ἰλίου, ὡς ἀμειβομένους ἐπὶ τῇ διαθήσει.

Ἀλώπκη καὶ θρονοτόμος.

Αλώπκη λιμνηγὸς φάριγγα, καὶ γὰρ ὀρημῆα πῶλιον θρονοῦ αὐτοῦσα, ἀνδρα θρονοτόμου εὐείσκει γὰρ ταῦτα, ὅρα καθεκίετο δὲ τὸ κρύψαι αὐτῷ. τὸ δὲ ἔσδομα αὐτῇ τὸ ἑαυτὴν καλύβην, εἰσελθῶσα ἐκρύπτετο εἰς τὰς γανίας. τῷ δὲ λιμνηγῶν ἐλθόντων καὶ ὀρημῶν τὸν ἄνδρα, ὅτι τῇ μὲν φωνῇ κρηεῖται μηδὲν εἰσελθῆναι, τῇ δὲ χεῖρὶ αὐτὸ τὸν τόπον ἐπεδείκνυ. οἱ δὲ μὴ προχόντες, ἀπῆλθον παραχρῆμα. ὡς ἔνδεον αὐτῶν ἢ ἀλώπκη παρελθόντας, ἔσδομα ἔσδομα πρῶτον. Ἐμφομῆδου δὲ αὐτῷ ἐκείνου, ὡς σῶθῆσαν μὲν δι' αὐτῶν, χαιρῶν ἢ αὐτῶν ὅρα ὁμολογῶσαν. ἢ ἀλώπκη ὡς εἰσελθῶσα, ἔφη, ὡς ὅτος, ἀλλ' ἔγωγε ἢ εἰμι ἄν σοι χαιρῶν, εἰ τοῖς λόγοις ὁμοῖα καὶ τὰ ὄρα ἐν χεῖρὶ, καὶ ὅτι πρόπτος ἔσδομα.

Homo quidam cum satyro inita societate, unà cum eo comedebat. Hyems uero & frigus cum foret, homo manus suas admotas ori afflabat. Rogante autem satyro, quam obcausam hoc faceret, ait, manus meas calefacio propter frigus. Sed paulo post edulio calido allato, homo admotum ori insufflabat ipsum. Consulente rursus, quare id faceret, ait, ferculum frigefacio. Suscepto sermone satyrus, sed ego, ait, ex nunc renuncio tuam amicitiam: quia ex eodem ore & calidum emittis, & frigidum.

Affabulatio.

Fabula significat, fugere nos amicitias oportere, quarum anceps est affectio.

Vulpes & lignator.

127

Vulpes uenatores fugiens, & in deserto multa decursa uia, uirum lignatorem in eo inuenit, cui supplicabat, ut se absconderet. à quo ei ostenso suo tugurio, ingressa delituit in angulis. At uenatoribus profectis, & uirum rogantibus, hic uoce quidem negabat scire quicquam, sed manu ibi locum ostendebat. Hi uero cum id non egissent, statim abiere. Ut igitur uidit eos uulpes præterisse, exiuit nihil allocuta: eo ipsam accusante, quòd seruata à se, gratias sibi non ageret, uulpes conuersa ait: heus tu, ego uero egissem tibi gratias, si uerbis similes & manuum gestus, & mores habuisses.

ἄχου.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθ^ο πρὸς αὐτὸν χρῆσά μιν ἔπαγγελλομένους τοῖς λόγοις, γνώμια δὲ ποιουῦντας τοῖς ὄργοις.

Ἀνθρωπος, κατὰ βραύσας ἀγαλμα.

Ανθρωπὸς τις ξύλινον ἔχων θεόν, καθικέ τ' οὖν τοὺς ἀγαθοποιῆσαι αὐτὸν. ὡς οὖν ταῦτά ἐπρατήσθην, καὶ ἔδερ ἠήρου γν' ὡφεία διήγε, θυμωθεὶς, ἀφ' ἑσῆς αὐτοῦ τῶν σκελῶν, ἔρριψεν εἰς τὸ ἔδαφ^ο. πρὸς κροσσάσσης ἐν Φιλεφαλῆς, καὶ αὐτίκα Κλαδείσης, χρυσὸς ἔρριψεν ὅτι πλεί^ο, ὄντορ δὲ σωάγων ὁ ἀνθρωπ^ο ἔβόα σρε βλὸς ὑπάρχεις ὡς γε οἶμαι, καὶ ἀγνώμων. πικρὸντά σε γν' ἠέστα με ὠφελήσας, τυπήσαντα δὲ σε πολλοῖς κροσσοῖς ἀμείβη.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθ^ο Διδοῖ, ὅτι ἔκ ὠφελήσῃ πικρὸν κροσσὸν ἀνθρώπου, τυπήσῃ δὲ αὐτὸν μάκρον ὠφελήσῃ.

Ἀνθρωπος καὶ λύων.

Ανθρωπὸς τις ἠτοίμαζε δειπνον, ὀξιάσων πινά τῶν Φίλων αὐτῶν καὶ οἰκίῳ. ὁ δὲ λύων αὐτὸν ἄλλον λύον ἐκάλει λέγων, ὦ Φίλε, δίδυρο στυδείπνον σόν μοι. ὁ δὲ πρὸς εὐθὺν χαίρων ἴστατο, βλέπων τὸν μέγαν δειπνον, βοῶν γν' τῆ καρδία· βαβαί, πόσι μοι χαρὰ ἀρ' ἵδρα πινάσιως ἐφάνη. τραφίσσομαί τε γὰρ, καὶ εἰς κόρον δειπνήσω, ὡς τέ με αὔριον μηδικῆν γε πεινᾶσαι. ταῦτα καὶ ἑαυτὸν λέγοντ^ο τὸν λύον, καὶ εἶμα σείοντ^ο τὸν λύον, ὡς δὲ εἰς τὸν Φίλον θαρρῶν τ^ο. ὁ μολγεί^ο ὡς εἶλε ἄστυ ὥστε κἀκῆσε τὸν λύον πῶς σρέφοντα, κατὰ γὰρ τὰ σκέλη αὐτοῦ, ἔρριψε παραχρῆμα ἔξωθεν τῶν θυερίων, ὁ δὲ καπῶν, ἀπ' ἠέ μεγαλῶς

habuiffes.

Affabulatio.

Fabula in eos, qui uerbis quidem utilia promittunt, sed contrà rebus faciunt.

Homo perfractor statuæ.

128

HOMO quidam ligneū cum haberet deum, supplicabat ut sibi benefaceret. Cum igitur hæc faceret, & nihilominus in paupertate degeret, iratus eleuatum ipsum cruribus, proiecit in pauimentum. Illiso igitur capite, ac statim diffracto, auri quamplurimū effluxit. quod iam ille dum colligeret, exclamabat: peruersus es ut puto, & ingratus. colenti enim mihi nequaquā profuisti, uerberanti autem te multa donasti bona.

Affabulatio.

Fabula significat, nō profuturū te tibi, honorādo prauum hominem, sed uerberando ipsum, profuturum magis.

Homo & canis. 129

HOMO quidā parabat cœnā, accepturus amicū quendā suū & familiarē. canis item ipsius aliū inuitādo canē, dicebat: ô amice ueni, cœna unā mecū. Is cū accessisset, lætus astabat, magnā spectans cœnam, secum loquēs: Papæ, quanta mihi lætitia nuper derepēte oblata est. nam & nutriar, & ad satietatem cœnabo, ita ut nullo modo cras esuriā. Hæc secū dū diceret canis, simulq; moueret caudā, ut qui iam amico fideret, cocus ut uidit ipsum huc & illuc caudam circumagentem, arreptis ipsius cruribus, eiecit statim de fenestris, At is cum decidisset, ibat

μεγάλως ἐράζωμ. τῶν τις δὲ λιωδμ, τῶν κέθ' ὀδίον αὐ-
 τῶν σαυαντώντων, ἐπηνώτα, πῶς εἰδείπνησας ὄλιος;
 ὁ δὲ πῶς αὐτὸν ὑπολαβὼν ἔφη· ἐκ τῆ πολλῆς πύσεως
 μεθυδιεὶς ὑπερκόρου, οὐδὲ πλὴν ὀδίον αὐτῶν ὄδον ἐξήλ-
 θου οἶδα.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθῳ δηλοῖ, ὅτι ἔδειθαρέϊμ τοῖς ἐξ ἀλλοτρίωμ
 οὐ ποιεῖμ ἐπαγγελιομύοις.

Ἀλιεύς.

Αλιεύς ἀλιευτικῆς ἔπερῳ, λαβὼν αὐλοὺς καὶ
 δίκτυα, παρερχόμενος εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ σὰς
 ἐπὶ τινῶ πέτρας, τὸ μὲν πρῶτον ἦυλει, νομίζωμ πῶς
 τὴν ἠδυσφωνίαν αὐτὸν ἰχθύας ἐφάλλεσται. ὡς δὲ ὕψι πο-
 λὺν ἰστατείνομεν ὡς ἰχθύας ἔφασκεν. ἐκβαλὼν δὲ αὐτοὺς,
 ἀναλαμβάνει τὸ ἀμυγδαλίον, καὶ βαλὼν πρὸς τὴν
 ὑδίατῳ, πολλὰς ἰχθύας ἤρπυσον. ἐκβαλὼν δὲ αὐτοὺς
 ἀπὸ τοῦ δίκτου, ὡς εἶδε πηλοδοντας, ἔφη. ὦ ἰάμιστε
 ζῶα, ὅτε ἦυλωμ, οὐκ ὤρχεσθε. ὅτε δὲ πέπαυμαι, οὐκ
 ποιεῖτε.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθῳ πῶς αὐτὸν πρὸ λόγου, καὶ πρὸ καιροῦ τι πράτ-
 τοντας.

Βουκόλος.

Βουκόλῳ ἀγγέλω τάυρωμ βόσκωμ, ἀπώλεσε μὲν
 βοῦν. πρὸς ἐλθὼν δὲ πᾶσαν τὴν ὄρημαρ διέτρι-
 βον ὀδυνῶν, ὡς δὲ οὐδὲμ εὐρεῖμ ἐδυσθήν, ἠνξαστο τῶν
 διὰ αὐτὸν λαβόντα μόχουμ κλέπτην ὑποδείξει, ὄριφου
 εἰς θυσιάω πρὸς ἄξιμ. καὶ διὰ ἐρχόμενῳ εἰς τινα δρυ-
 μῶνα, εὐεῖσκει λείοντα λατεδιόντα τὸν μόχουμ. ἔμφο-

vehementer exclamando . Sed canum quidam cū illi in uia occurrisset , percōtabatur , ut belle cœnatus es amice? Is suscipiens ei dixit: Multo potu inebriatus supra satietatem, ne ipsam quidem uiam, qua egressus sum, noui.

Affabulatio.

Fabula significat, non oportere confidere ijs, qui ex alienis benefacere pollicentur.

Piscator. 130

Piscator piscandi rudis, acceptis tibijs ac retibus perrexit ad mare, & stans super petra quadam, primum quidem sonabat tibijs, existimans ad uocis suauitatē pisces affilire . Ut uero multum contendens, nihil profecit, depositis tibijs, assumit rete, ac iactō in aquam, multum piscium cepit. quibus euacuato reti, ut salientes uidit, ait: ô pessimæ animantes, cum sonarē tibia non saltabatis: cum uero cessauī, id agitis.

Affabulatio.

Fabula in eos, qui præter rationem, et inopportune aliquid agunt.

Bubulcus. 131

Bubulcus armentum taurorū pascens, amissit uitulū, lustrandoq; omnem solitudinē, indagando moram traxit. Vbi inuenire nihil potuit, precatus est Iouem, si furem qui uitulū cepit ostenderit, hœdum in sacrificium oblaturum. Cæterum proficiscens in quercetū quoddam, inuenit à leone deuorari uitulum. Trepidus

ΒΘ οὐ γηρόμενΘ, καὶ μέγα δειλιάσας, ἑπάρας τὰς χεῖρας αὐτὸ εἰς τὸν οὐρανόν, εἶπεν ᾧ δ' ἄποστα βῦ, ἐπηγγειλάμην σοι ὄριφον δ' ὄσειμ, ἐὰν τὸν ἐλέπῃω εὐφω. νῦ ταῦτό σοι θύσειμ ἑπιχνοῦμαι, ἐὰν τοῦτου τὰς χεῖρας ἐκφύγω.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθΘ πῶς ἀνδρας δυσυχεῖς, οἱ τινδὲ ἀκροῦντες ἴν, θύχονται εὐρεῖμ, εὐρόντες δὲ ζητοσιμ ἀκρυγῆμ.

Κόραξ.

Κοραξ νοσῶν ἔφη τῇ μητρὶ, μή τὸρ δὴ χεῖρα τῶν θεῶν, καὶ μὴ θελῶει. ἢ δ' ἔπολαβόσα ἔφη. τίς σε ᾧ τέκνον ἦν θεῶν ἐλεύσει; τίνΘ γὰρ ἰφείας ὑπὸ σοῦ γὰρ ἐκ' ἐκλάπη;

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθΘ δηλοῖ, ὅτι οἱ πολλοὺς ἐχθρὸς γν' βίω ἔχοντες, εἰδὴν ἄλιον γν' ἀνάγκη εὐρέσασιν.

Αετός.

Υπὸ δ' ἄνωθεν πέτρας αετὸς ἐκαθέζετο, λαγῶν θηροδύσαι ζητῶν. ἄρα μὲν δ' εἰς τίς ἔβαλε πεξέδυσας, καὶ τὸ μὲν βέλΘ γν' τὸς αὐτὸ εἰσῆλθον. ἢ δὲ γλυφῆ σιω τοῖς πῆροῖς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἰσῆκει. ὁ δὲ εἰδὼν ἔφη καὶ ἄρα μοι ἔτόρα λύπη, τὸ τοῖς ἰδίαις πῆροῖς γν' ἀποθνήσκου.

Ἐπιμύθιον.

Ο μῦθΘ δηλοῖ, ὅτι δεινὸν ὄσειμ, ὅταν τίς ἐκ τῶν ἰδίων κινδυνεύσῃ.

Τέτιξ καὶ μύρμηκος.

ΧειμῶνΘ ᾧρα τῶν σίτωρ βραχύντωμ, οἱ μύρμηκος ἔψυχον, τέτιξ δὲ λιμῶντων, ἥτις αὐτοὺς τροφῶν.

deus igitur, & perterrefactus, eleuatis manibus suis in caelum, ait: ô domine Iupiter, promiseram tibi hoc dum me daturum esse, si furem inuenirẽ: nunc taurum tibi recipio sacrificaturũ, si huius manus effugero.

Affabulatio.

Fabula in homines infortunatos, qui dum carent, ut inueniant precantur: cum inuenerint, quærunt effugere.

Coruus.

132

COruus ægrotans, ait matri, mater precare deũ, ne clamentare. Ea uero suscipiẽs, ait, quis deus ô fili miserebit tui: cuius enim tu carnes non es furatus? Affabulatio.

Fabula significat, qui in uita multos inimicos habent, amicum in necessitate inuenturos neminem.

Aquila.

133

Super petra aquila sedebat, leporem captura: hanc autẽ quidam percussit sagitta, quæ intra ipsam ingressa est. Sed crena cum pennis ante oculos stabat: quam cum uidisset, & hæc inquit mihi altera mœstitia, quòd proprijs pen- nis inteream.

Affabulatio.

Fabula significat, durum esse, cum quis à suis periculum patiat.

Cicada & formicæ.

134

HYemis tẽpe cũ triticũ efferueret, formicæ refrigerabãt: cicada autẽ esuriẽs petebat ab eis ci-

τροφίῳ. οἱ δὲ μύρμηκες εἶπον αὐτῷ, ὅτι τὸ θρόνον σου
 σωτήριον τροφίῳ; ὁ δὲ εἶπεν, οὐκ ἐπιχόλαζον, ἀλλ' ἦδον
 μεσικῶς. οἱ δὲ γέλασαν τὸν εἶπον· ἀλλ' εἰ θρόνος ὡραῖος
 ἦν υἱός, χαίμεν ὁρθῶς.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δηλοῖ, ὅτι ὁ θεὸς τινα ἀμελεῖν γινώσκων πρὸς
 γματι, ἵνα μὴ λυπηθῆ καὶ λινοδωθῆσιν.

Σκώληξ καὶ ἀλώπηξ.

Ὁ τῷ πηλῷ λευκῷ μύθῳ σκώληξ, εἰς γλῶσσο ἐξελ-
 θὼν, ἔλεγε πᾶσι τοῖς ζώοις· ἰατρός ἐμὸν φαρμά-
 κων ὑπὸ σκώληκος, οἷός ἐστιν ὁ τῷ θεῷ ἰατρός παλίων. καὶ
 πῶς εἶπεν ἀλώπηξ, ἄλλος ἰώμενος, σὰν τὸν χαλὸν ὄν-
 ταν ἐκίῳσας;

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δηλοῖ, ὅτι ἐὰν μὴ πρόχρησθῆ πειρα, πᾶς
 λόγος ἀργὸς ἵσχυρος.

Ὀρνιθὶς χρυσοτόκος.

Ὀρνιθὰ πρὸς εἶχον ὡς χρυσοτόκος, ἢ νομίσεις
 γινώσκων αὐτῶν λόγων χρυσοτόκος εἶναι, ἡτένας εὐρηκῶν ὁ-
 μοίαν τῶν λοιπῶν ὀρνίθων. ὁ δὲ ἀθέροον πλάτος ἐλπίσας
 εὐρήσει, καὶ τὸ μικρὸν ἐσθρήτου ἐκείνης.

Ἐπιμύθιον.

Ο μύθος δηλοῖ, ὅτι ὁ θεὸς τοῖς πρῶτον ἀρκέσθαι, ἢ τὴν
 ἐπιπλοῖαν φθύειν.

Λέων καὶ ἀλώπηξ.

Ἄνω γενεάσας, καὶ μὴ διωκόμενος ὁ δεικνύσας αὐ-
 τῷ εἰς τροφίῳ, ἔγνω δὲ ὑπὸ νόκας τί πρᾶξαι.
 καὶ δὲ παραγινώσκων γινώσκων ἀπὸ τῶν τινῶν, καὶ κατὰ
 κλειδίαις, πῶς ποιῆτο νοσήειν. παραγινώσκων οὐκ ἔστι
 ζῶας

cibum, formicæ uero dixerunt ei: Cur æstate nõ colligebas alimentũ? Hæc ait, non eram ociosa, sed canebam musicè. Tum hæc ridendo dixerunt: si æstiuo tempore modulaberis, nunc salta.

Affabulatio.

Fabula significat, non oportere quenquam aliqua in re esse negligentem, ne mœreat, ac periclitetur.

Vermis, & uulpes.

135

Qui sub cœno celabatur uermis, super terram egressus dicebat omnibus animalibus, medicus sum medicaminũ doctus, qualis est Pæon deorũ medicus. Et quomodo, ait uulpes, alios curans, te ipsum claudum non curas?

Affabulatio.

Fabula significat, nisi præsto experientia fuerit, omne uerbum inane esse.

Gallina auripera.

136

Gallinam quis habens oua aurea parientem, ratus intra ipsam auri massam inesse, occisam alijs gallinis similẽ reperit. Hic multum sperans inuenire diuitiarum, & exiguis illis priuatus est.

Affabulatio.

Fabula significat, oportere contentum esse præsentibus, & fugere inexplebilitatem.

Leo, & uulpes.

137

Leo senio confectus, cum suppeditare sibi cibum non posset, decreuit astu id facere. Itaq; profectus in antrum quoddam, & deiectus, simulabat ægrotare. Aduenientes igitur

ani

ζῶα ὑπὸ σκέψιδος χάειρ, συλλαμβάνων κατ' ἰδίαν αἰσώπυ. πολλῶν οὖν ζῶων ἀναλωθέντων, ἀλώπηξ τὸ τέχνησμα ἴσως γινῶσθε, παρεγγύσθω πρὸς αὐτὸν. καὶ εἰσάσασθαι ἐξωθῆναι τὸ ἀπηναικῆ, ἐπιωθάνσθω πρὸς ἕξει. τὸ δὲ εἰπόντων κακῶς, καὶ τὴν αἰτίαν πωπιθανομένης δι' ἡμῶν ἐκ εἰσορῆσται, ἢ ἀλώπηξ ἔφη, ὅτι ὄρω ἴχνη πολλῶν εἰπόντων, ἀλέγων δὲ θζιόντων.

Ἐπιμύθιον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ φρόνιμοι τῆν ἀνθρώπων ἐκ τῶν κηκείων προορώμενοι εὖ ἐκινδύους ἐκφύγουσιν.

Λύκος καὶ γράυς.

